



Ecet ut quos in ecclesia altior
 gradus sublimat/ eorū mentes magis sincera pu-
 ritas ac maior in deū deuotio extollat. Quis autē
 ignorat sacerdotale gradū summū tenere apicem
 cuius (iuxta ariopagite sententiā) est: fidelium men-
 tes purgare/ illuminare/ atq; p̄ficere: Purgat nē-
 pe: dum ab iniusticia peccatores reuocat: sed fidelium mentes (errorū
 tenebras fugādo) illustrat: atq; vite sanctimonia/ vt perfici debeāt/
 insinuat. Quibus autē ista desunt/ hec efficere minime possunt: qui-
 bus etiā vtilius erat/ diuino officio nunq̄s mancipatos fuisse/ q̄s i eo
 cōdignis operibus nō refulisse: Inter cetera vero que hūc p̄memo-
 ratū/ sepiusq; cōmemorandū sacerdotalem gradum digniorem red-
 dunt/ z intumius concernunt: est diuine misse z sacratissimi canonis
 intelligentia: z eiusdem cum qua cōgruit: tum mentis/ tum corporis
 puritate iucundissima/ z cum mentis interiori sui deuotione lectio
 attentissima. Nā in eo is veraciter immolat/ offerē z sumit/ verus de-
 us z homo: ac totius mūdi spes z salus vnica/ dñs noster iesus chu-
 stus: nō dum pro nostris: verū pro totius mundi peccatis sufficiens
 p̄pitiatio: qua re/ nec dici/ nec cogitari excellentius aliquid potest.
 Sed quo altior gradus/ eo periculosior casus: si huic diuino officio
 tam idigne assistit: aplico id pnūciāte eloquio: qm̄ qui māducat z bi-
 bit indigne: eterne dānationis iudiciū sibi manducat z bibit. Qua-
 propter vestrū o sacerdotes dñi pensate periculū: mundamini q̄ fer-
 tis vasa dñi. Binus enim idoneus intercessor erit: cuius cōscientia
 peccatorum labe cōtabescit. Et idcirco quo pro labenti pp̄lo in quo
 vos deus posuit pastores: acceptabile sacrificium apud patrē mise-
 ricordiarū offeratis: hunc libellū/ ea que circa illud ministeriū neces-
 saria sunt elucidantē: vobis p̄uidere modis oibus studeatis/ satagi-
 te: sic em̄ perituro mundo cōsuletis/ z vobis sempiternā gloriā com-
 parabitis: ad quā nos pariter perducatur: qui viuut z regnat deus be-
 nedictus per infinita secula. Amen.

